



Ad picturæ istius spectatorem, Epigramma Bartholomæi Laurentis Nouimagæni, commendatorem Agrippinensis Carthusiæ & D. Dionysij à Rickel Carthusiani.

Ne tibi sit mirum, Spectator imaginis huius,  
 Hic depictorum quid sibi singula velint:  
 Neu ridere queas non intellecta, parumpèr  
 Expectat: breuis hic rem tibi sermo dabit.  
 Qui genicatur humi, doctor Dionysius ille est,  
 Carthusum amplexus nomine regis statum:  
 Doctor, ab ecclasiis, quas pertulit ipse frequètes,  
 Haud præter meritum dictus & ecclasticus.  
 Hunc prope quæ cernis congesta volumina multa,  
 Multa & multa eius sunt monumenta viri,  
 Immenis Cæcæsi tanto præstantia gazis,  
 Excedit quanto flaua moneta cuprum.  
 Nam vtræq; cuius sinui tener infidet infans,  
 Qui librum oblatum captat vtræque manu,  
 Notior atque magis clara est, Spectator acute,  
 Quam tibi vel cuiquam dicier vt sit opus.

Sed quæ virgo suis genicatur amplexitur vniis,  
 A dextris & cui mystica turris adest,  
 Quæque volumen, vti medians, obtendit IESV:  
 Est Carthusiæ magna patrona domus,  
 Agrippinarum celebri notissima in vrbe:  
 Cui domui, Rickus nuper in ora hominum  
 Editus, acceptum foli referatur oportet.  
 Hec nisi enim egisset, fortè lateret adhuc.  
 Fortè lateret adhuc? immo hæc certissima res est,  
 Nunquam emerfurum tève tuosve libros  
 Ricle fuisse, Agrippinæ Carthusiæ ni illud  
 Principio obnixè sustinuisse onus.  
 Hoc igitur voluit præsentis imaginis Author,  
 Vt scires quorum sedulitate virum  
 In lucem exisset doctor Dionysius, vtq;  
 Ingratus ne tu Spector amice fores.